Haimo <Altissiodorensis>: Expositio in Apocalypsim

?, 15. Jh. Seite 1r

Incipit exposicio domini Heymonis in apocalypsim sancti iohannis apostoli et euangeliste

Incipit exposicio domini H. in apocalypsim sancti iohannis

Legimus in ecclesiastica historia beatum Iohannem a domiciano cesare impiissimo in pathmos insula relegatum exilio deportatum metallo dampnatum ob insuperabilem euangelii predicacionem : ut ibi forsitan secaret marmora uel terram foderet aut hiis similibus preceptis deseruiret imperialibus sicud legimus factum in passionibus sanctorum martirum. Ubi quanto magis putabatur vinciri humana custodia tanto magis metas humanitatis transcendens meruit uidere celestia : et cui negabatur certa spacia terrarum excedere : secreta sunt concessa penetrare celestia et quanto magis destitutus est humano solacio tanto magis ei affuit diuinum ubi et meruit hanc inde prophetiam de statu presentis et future ecclesie. Que inter reliquos noui testamenti libros prophetia nominatur sicud in sequentibus dicitur . beatus qui legit uerba prophetie huius . sed tanta distancia est inter hanc prophetiam et eam que reuelata est ante aduentum domini . quanta distancia est inter seruum et dominum inter legem et euangelium inter deum et hominem quia quod illi cernebant a longe uenturum hic iste iam et ex maxima parte factum et in presenti faciendum ostendit. Nam sicud beatus iohannes baptista ideo maior habetur omnibus prophetis quia quem illi predixerunt iste digito demonstrauit

B 55

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_298/0007